



# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Annus Cisterciensis**

In quo Pia, Et Brevi Apostrophe proponuntur Veneranda, & Imitanda Gesta  
præcipua, & eximiæ Virtutes Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs  
Ejusdem Sacri, Et Ab Origine Sua Exempti Ordinis

**Meglinder, Joseph**

**[S.I.], Anno MDCLXXXII.**

2 Januarij. 4 Nonas.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45295**

4 ANNI CISTERCIENSIS

) 26 ) 26 ) 26 ) 26 ) 26 ) 26 ) 26 )

2 Januarij. 4 Nonas.

Obiit

anno

1216.

Honor

contem-

ptus se-

quitur

contem-

ptorem.

Humi-

litas.

B. HENRICE, qui jam in ætate infima pietatis summæ specimina, exinde autem insoliti fervoris tyro in Claravalle, ea virtutum insignia ostendisti, ut juvenis Altæ Cumbæ Abbas designatus, post piissimum illius monasterij regimen, Claramvallem accep- peris gubernandam. Supremam por- rò Ordinis, ac Tolosanæ Ecclesiæ ca- thedram concordare jussus, utramq; verè humilitatis sectator abnuisti. Fu- gisti honores, non effugisti. Quantum- cunque enim invitus Cardinalis Epi- scopus Albanensis creatus, Crucis vexillum contra Christiani nominis hostes circumtulisti. In Petri denique Sede collocandus, pari demissione & sublimitate animi consentire noluisti: gravissimos interea labores pro Eccle- siæ communi bono, in Fidei & Pacis hostes per varias Legationes suscipiens. In quibus Atrebati coram Ara D. Andreæ orans, piissimè obdormivisti. O magnanime, & peritissime humilitatis magister! in eandem me duc scholam, & doce me id amare, quod, ut Deo placerem, sponie elegi; nimirum abjectus esse in Do- mo Domini.

B. ALAR-

II JANUARII. §

B. ALARDE, strenue quondam *Obijt*  
miles in sæculo; quo spreto, in Luka *anno*  
monachum induens, diuturnum, & *1216.*  
gravissimum morbum in summa men-  
tis tranquillitate tolerasti; ita ut ver-  
mes ex ulceribus tuis scaturientes pro *Patiē-*  
*delicijs* haberet. Et delicias etiam tuas *tia in*  
fuisse patientiam tuam, ostendit sum- *morbis.*  
mus patientiæ doctor & remunerator  
Christus; qui & de instantे mortis ho-  
ra te edocuit; & splendido comitatu  
cœli civium stipatus, animam tuam  
ad sidera deduxit: mutato quamox  
fœtore ulcerum in odores longè ame-  
nissimos. *Inſtrue meum pati refu-*  
*gientem animum, & quam tu tot annis in-* *Patiē-*  
*ter cruciatus continuos possedisti patienti-* *tia,*  
*am, mihi vel in levibus molestijs (que nun-*  
*quam desunt) preferendis impetra. Eun-*  
*dem ora; ut gratiam mihi concedat, qua*  
*exulceratæ conscientæ vermem rastro pœ-*  
*nientiæ exturbem: idque ante fatalem it-*  
*lam horam, qua periculofissimè cor emori-*  
*ens lacerare solent.*

S. BERNARDUS, ser. I. de Circūcis.

A planta pedis usq; ad verticem non  
est in nobis sanitas: nec est aliqua pars,  
qua non sit tabida hoc veneno. Propte-  
re a sicut parvulus adhuc in fide & di-

A 3 ~~—~~ lecti-

6 ANNI CISTERCIENSIS

Circū-  
cisio  
duplex. lectione, congruum sibi mandatū exi-  
guæ circumcisionis accepit: sic ubi cre-  
vit in virum perfectiorem, toto jubetur  
corpo baptizari; quæ est totius homi-  
nis circumcision.

(06)(06)(06)(06)(06)(06)(06)

3 Januarij. 3 Nonas.

Floruit B. H O S T R A D E, simplicitate ani-  
anno 1300. mi, & quæ illam comitari solet, vi-  
tæ innocentia admirande: qui à teneris  
spreta mundi vanitate, inter Cœnobiti-  
tas Cistercienses degebas. Pater mona-  
sterio præpositus, in id potissimas cu-  
ras intendisti; ut filios haberes tui simi-  
limos, id est pios ac sanctos. Jámque  
emeritum Cœli Regina suaviter à fru-  
gali mensa ad æternas epulas invita-  
vit; gestatum brachijs puerum JESUM

Felix tibi amplectendum tradens. Cui cùm  
cōviva. de pauperculis cibis quidpiam offerres,  
aliud ille convivium in domo Patris sui  
tibi intrà triduum promisit. Inter illas  
epulas jam felix, mei tanquam famelici  
mendici memor, de dñe gratiarum cœle-  
stium mensa micas aliquas mihi largire.

Pauper- Nostri extremam egestatem animæ meæ: ad  
tas ani- quam si Divinus ille hospes tuus diverie-  
mæ. ret, nihil de virtutum penu haberet in  
promptu, quod dilecto apponeret.

B. GO-